

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauina[m]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Si quis alteri uel sibi sub alterius nomine uel aliena pecunia emerit.
Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

¶ Si pater emit liberos. Adde Cy. Bart. & Ang. in d. l. filie licet. C. de colla. Bart. in l. donationes. in §. pater. ff. de do. Raph. cum a. consil. cccxvi. inc. quidam filio student. Alex. a. de imo. consil. cxiij. incip. circa primam dubitationem. in §. vo. & est consilium duplicati consilij. in §. vol.

hoc enim in facto consistit. nec tenetur venditor ex propria natura contractus hoc facere. sed sufficeret quod assisteret emptori secundum lac. de Are. qui hoc tenet in l. dñi. de dam. infec. per l. si parentes. j. de euic. sed si promisit modo predicto, verba illa videntur hoc importare. notarij tamē dicunt communiter in instrumentis quod venditor teneatur in se item suscipere suis sumptibus & expensis. Potest etiā illud verbum intelligi alio modo secundū Bar. ut teneatur defendere de iure & de facto. i. quod non feratur sententia iniusta: & si feratur, vult teneri: & sic renūciare legi super imprudentia. quod fieri potest. ita videtur no. Bar. in l. stipulatio illa. de ver. obl. Bal. hic hoc ultimum improbat: quia sententia iniusta æquiparatur casui fortuito: ad quem non censetur se obligare per verba generalia: sed requirit specialis mentio. iuxta not. in l. sed & si quis. §. questitū. ff. si quis cau. Item Bar. dicit hæc vera. nisi obligatio quæ sit de facto, haberet originem ex persona venditoris. ut quia per inimicum eius arg. in l. si merces. §. culpe. ff. loca. sed Bal. hoc limitat. si inimicitia suberat tempore venditionis: secus si superueniat: quia de casu aduentitio non censetur cogitatum & c. hoc vide per Bal.

Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine vel aliena pecunia emerit. Rubrica.

¶ Rubrica ista continet tres partes. Prima est. quā quis emit alteri, seu pro altero. i. dicere nomine alterius: & ad illius utilitatem, non suam reuera. licet soluat pretium de pecunia sua. quo casu queritur illi dominium per traditionem: & de ista prima parte loquuntur tres primæ leges. intelligendo primam legē quod maritus emit nomine uxoris. gl. tamē non sic intelligitur sed quod ipsa emit pro se, de pecunia tamen viri: & uterque intellectus est bonus. de ista etiam parte loquitur. l. cum per eos. Secunda pars quādo quis reuera emit sibi: & ad suam utilitatem: simulatē tamen facit apponi nomen alterius in instrumento, fingēdo se emere nomine illius. quo casu inspicitur veritas, & non fictio: & sic dominium querit sibi, & non illi: & nomen illius censetur accommodatum in instrumento sine aliquo effectu. & de ista parte loquitur l. iij. & v. & etiam l. multum. In secundo casu qui ponitur in ver. [quod siquidē emisti.] Tertia pars est quādo quis emit sibi & suo nomine, & nō sub nomine alterius, soluit tamen pretiū de pecunia alterius, vel illo infesto: vel sciente, seu pecuniā subministrat. & de ista parte loquitur l. j. secundū intellectū gl. & etiam l. multū. in primo casu in ver. nam siquidem vxor tua. & l. qui aliena. cum l. si. & ista multum conferunt ad utilitatem harum legum. in quibus subesse videtur quædam confusio.

1. Maritus si emit nomine uxoris, & soluat pecuniam de suo, an videatur donare?
2. Si pater emit liberos pro filio studente, an videatur ei donare?
3. Si mater emit nomine filiorum, an censetur eis donare?
4. Lucrum acquisitum per filium de pecunia paterna, an sit patris?

L E X I.

In pecunia. ¶ Intelligendo hanc legē ut dixi quod maritus emerit nomine uxoris. hoc dicunt tres leges primæ. Cum quis emit rem nomine alterius: soluit tñ pretiū de pecunia sua: & queritur cui acquiritur dominium: si res fuit tradita illi cuius nomine fuit emptā: vel per venditorē: vel per emptorē, seu de emptoris voluntate acquisita, per illum acquiritur illi dominium: quia ex hoc præsumitur emptā pro illo: & ad illius utilitatem. An autē emēs possit repetere pecuniam quam soluit ab illo pro quo soluit: sub iudice lis est. & consistit in cognitione iudicis: ut si non fuit donata, possit repeti. si verō donata, aliquādo repetitur, aliquādo nō: aliquādo repetitur si donatio non valuit, nec fuit confirmata, sed reuocata. aliquādo non si valuit donatio: hoc dicunt illæ tres primæ leges. & in l. j. ¶ maritus emit nomine uxoris, & soluit pecuniā de suo, an possit repeti. tex. nō declarat. sed dicit si credis posse consequi, age. Breuiter dubium stat in hoc, utrum videatur in dubio donata: dic vt no. j. de don. inter virum & uxorem. l. si filij tui. & eo casu quo videtur donata, si non fuit confirmata: sed potius reuocata, repetitur aliquādo.

quatenus mulier ex ea est effecta locupletior: vt j. eo. l. mulier. ver. nam siquidem. Interdum insolidum. vt in l. quod d. autem. j. ff. de do. inter virum & vxor. quod dic vt in l. multum. in §. iij. In. §. l. pater emit nomine filiorum, & fecit sibi patri tradit: postea emancipauit filios, & eisdem tradidit. vel passus est quod illi se possessionē acciperent: ex hoc videtur emisse pro illis, & ad illorum utilitatem: & sic eis acquiritur dominium: de pretio autē quod ris sit. nihil dicit: an possit ab illis repeti? dic q non. quia in dubio inter ascendentes & descendentes præsumitur animus donandi. in l. Publia. ff. de positi. & no. Bal. in l. quæ dotis. ff. solu. mut. non est ergo donatio rei emptæ: sed donatio pretij. ¶ & istam legem Barto. alibi allegat ad q. illam qua queritur si pater emit liberos pro filio studente, an videatur ei donare per hanc. l. si tradidit. de non emit: secus quia videtur in peculium profectitium concessisse. vt in l. si. de pecu. leg. vt ipse no. §. fa. er. l. filie cuius. vbi gl. tangit. & l. si donatione. j. de col. & si filius est doctor, vel postea doctor efficitur: statim confirmatur donatio: quia transit in potestatem quasi castrense. idem si filium emancipauit: vt in l. donationes. §. pater. ff. de dona. alleg. non confirmatur nisi patre præsentem. vt in l. iij. §. de inoffi. dona. In l. iij. mater emerit nomine filiorum, & illis fuit tradita possessio. vnde illis acquiritur dominium: & potest non potest repeti: quia censetur donata. & donatio statim valuit: quia non habebat filium in potestate. ita intelligo istam legem. ¶ In glo. dicit per istas leges non esse verum illud quod not. glo. in l. cum oportet. j. de bonis quæ lib. quod lucrum acquisitum per filium in potestate de pecunia paterna sit patris: sicut nec emptā per filium, vel eius nomine, non est patris: sed filij. sed in tua pace sua. licet emens rem de pecunia aliena efficiatur dominus quando extraneus: & non ille cuius est pecunia: si tamen est in potestate illius. cum iura vetera non sint correctā in profectitijs, sed solum in aduentitijs. & de iure veteri ratione patris potestatis quicquid acquirerebat filius, acquirerebat patri. & si non acquiritur ex pecunia paterna: & sic profectitia in dispositione iurum antiquorum. vt tale lucrum sit patris ratione patris potestatis: etiam illo inuito. quia pecunia erat paterna. alias si deheret per matrem, verum esset quod ipse dicit in multis iuribus dicentibus quod res emptā per me de pecunia aliena est mea, & non illius. vt §. de rei vendi. l. si ea. Bart. tamen tenuit quod medietas huius sit patris ratione suæ pecuniæ. & ratione supra dicta. alia medietas sit filij: propter eius labores. qui sunt aduentitij. non profectitij. & in dubio medietas lucri appropriatur pecuniæ, & alia medietas industriæ, vel operæ. vt in l. si non fuerint. in prin. cum in no. ff. pro socio.

¶ Quod procedat iste libellus peto rem cum fructibus perceptis, quos affino tamen absque eo quod dicat vel specificet qui, & quales, & quomodo fuerint re. ad. ff. l. iij.

Vamuis. ¶ Cum quis emit alieno nomine, de pecunia tamen sua, si res fuit tradita illi cuius nomine fuit emptā: & non illi cuius nomine fuit emptā: dominium acquiritur sibi, & non illi, quia censetur esse emptā pro se: & ad suam utilitatem. & nomen illius fictitū fuisse: apponitur in instrumento: & sic accommodatio potius facta est ad ministerium. h. d. illa lex. cum sequenti. & in illa prima cuncta apponi nomen socrus suæ, & dixit se emere nomine filius. l. si seq. fecit apponi nomē uxoris. tamen in utraq. traditio fuit facta ipsi ementi. & sic loquitur de secunda parte rubricæ. quæ censetur esse se sibi: licet emerit sub alterius nomine. Differunt ergo à præcedentibus legibus quia in illis traditio fuit facta illi cuius nomine res fuit emptā: & sic pro eo erant duo. i. emptio facta suo nomine: traditio possessionis pro emente non erat nisi vnum, quia locum erat de pecunia sua. & duo prævalent vni. arg. in l. re. cōmuni. ff. de legat. iij. sed hic pro ipso emente erāt duo: quia soluerat de pecunia sua: & quia sibi fuit tradita possessio. & remālerat potestatem: nam si postea transfuisset in alterum, cuius nomine emerit, potestatem esset quātum si sibi fuisset tradita à venditore. vt patet in l. iij. supra eod. ista. l. cum text. in si. allegatur per doctō. ¶ Quod procedat iste libellus peto rem cum fructibus perceptis, quos affino tamen absque eo quod dicat vel specificet qui, & quales, & quomodo fuerint re. ad. ff. l. iij. puta de vino tantum, & de frumento & c. Et quia petuntur accessoriē. vnde non requiritur tanta specificatio sed si peterentur simpliciter, deberēt singulariter specificari. in l. iij. §. armamenta. ff. de rei ven. vide hic Bal. qui tangit q.

quia bona super isto puncto allegando Inno. in c. inter dilectos. de dona. & c. certificari. de sepul. & in c. grauis. de deposito. vide etiam per eundem in l. ij. si secundò nupierit mulier.

¶ Si reperitur in instrumento quod uxor alicuius suo nomine emit aliquam rem de pecunia mariti, cui acquiritur dominium: an sibi, an marito? et nu. 4.

¶ Quod si apparet quod reuera ipse maritus emit pro se, et quod nomen uxoris fecit apponi sibi in instrumento, an tunc dominium acquiritur viro inspecta potius ueri quam fictione?

¶ Quod si ipsa mulier emit, nec ipsa sola continetur in instrumento: sed exut ipse maritus, qui verba emptionis protulit: dicendo uendis uxori meae absenti. an ualeat contractus? etiam, et procurator, qualiter differant?

L E X VI.

Multum. Lex ista est multum vulgaris. & ad multa allegatur, quae colliguntur ex tertio casu. & non declarat, sed eos sic declaro. Primus casus est, quando quis emit nomine pro se, de pecunia tamen aliena: & sic in instrumento nomen suum duntaxat fuit appositum: nec erant aliae coeclurae quod emisset pro alio. Secundus casus est, quod erat alia coeclura quod reuera non emit pro se, sed pro illo cuius erat pecunia. licet nomen suum tantum continetur in instrumento. Tertius casus est, quando in instrumento continetur quod emit pro alio. & sic duplex nomen continetur, scilicet emptoris, & illius pro quo dicitur se emere: coecepit tamen verba in personam illius alterius: & sic aliquam nuntius, non tanquam procurator: & in hoc differt iste tertius casus a tribus primis legibus, in quibus coecepit verba in personam suam: & sic tanquam procurator, vel neg. gestor. dicens emote talis: nam ex suo consensu perficitur emptio, sed hoc dixi uerba talis absenti: non autem dixi nomine illius. quae uerba pertinent potius ad nuntium quam ad procuratorem. ¶ Queritur ergo hic, reperitur in instrumento quod uxor eiusdem suo nomine rem quandam emit de pecunia mariti, cui acquiritur dominium: an sibi, vel marito? Imperator distinguit, quod aut ipsa emit pro se: & reuera ad suam uoluntatem, quod in dubio praesumitur postquam ita continetur in instrumento: nec apparet aliae coeclurae in contrarium: & sic acquiritur sibi: sed si maritus subministravit sibi pecuniam animo donandi, potest reuocare donationem. & repetere pecuniam. quatenus ex ea mulier est effecta locupletior. nam hoc est regulare in donatione facta inter coniuges, ut donatarius non teneatur ultra. si uero non obstat quod ita continetur in instrumento quod ipsa mulier emit suo nomine, apparet quod reuera ipse maritus emit pro se: quod nomen uxoris fecit apponi sibi in instrumento: dominium acquiritur viro. inspecta potius ueritate, quam fictione. ut si plus ualere quod agit. l. ij. Sed quae sunt istae coeclurae? Bal. de clarat. licet rex. & gl. non declarant: quia possunt colligi ex praecedentibus: scilicet ex legibus. Item ex ambobus semel mixtis ex praecedentibus: quando constat per testes ita fuisse actum & tractatum inter virum & ueditorem. Ex sequentibus quoniam uxor hoc fatetur, recognoscendo bonam fidem ex utroque, quando traditio fuit facta: uide quod ipse semper fructus percepit, & mulier nil gessit: nec como dum percepit, arguitur in legibus duabus praecedentibus. ¶ Tertius casus est, quando ipsa mulier emit: nec ipsa sola continetur in instrumento, sed emit ipse maritus. scilicet uerba emptionis protulit, dicendo uendis uxori meae absenti: & isto casu (qui est notabilior alijs) dicitur, quod contractus ille non ualeat, supple quod non habebat mandatum ab ipsa uxore de hoc faciendo. & quod ex eo non acquisiuit actionem personalem uxori, quia non potuit per liberam personam alteri acquiritur in regula vulgari, nec etiam sibi acquisiuit: quia noluit, cum non conceperit uerba in personam suam: dicendo uendis mihi. vel dicendo emote a te nomine uxoris, quo casu acquireretur sibi: quia contractus perficeretur ex suo consensu: tenebat tamen cedere actionem uxori, sicut quilibet alius procurator in contrahendo nomine domini. ut in l. possessio. §. si. de acquiren. posses. Si dicit uendis uxori meae absenti: & sic locutus est ut nuntius. unde contractus non perficitur ex suo consensu, sed debet perfici ex consensu uxoris, cum nuntius tantum uerba abientis portet. & uirtute nudo ministerio, tamen contractus debet perfici ex consensu illius cuius est nuntius, cum ergo mulier hoc non dedisset mandatum, non perficitur contractus, quia deficit consensus unius partis, nec potest ratificari: quia deficit substantia contractus: alia est ratificatio requirit radicem in substantia: verum, licet contractus non ualeat, nec alicui ipsorum acquiritur obligatio: si ta-

men sequatur traditio, transfertur dominium a persona illius cui fit: & sic ex inutili contractu transfertur dominium, sicut & possessio. Nec ob id. in qua nuda de acquire. rer. domi. ubi in translatione domini requiritur causa habilis: & hic non subest: postquam contractus erat inutilis: quia sufficit quod putaretur utilis: ut in toto tit. de condi. inde. & sic sufficit causare, vel putatiua. hoc dicit in effectu tota lex. In primis ergo duobus casibus solum nomine uxoris erat in instrumento. in hoc uero nomine mariti: & etiam uxoris. & ipse maritus exercuit actum empti, licet pro uxore, sed in praecedentibus ipsa uxor tantum. In text. ibi: [uxore tua coparante.]. si reuera, & pro se, quod praesumitur si ita continetur in instrumento: & aliud non apparet. In text. ibi: [a te nomine tuo habito.]. supple reuera: licet hoc non continetur in instrumento quod tu emisset: sed solum quod uxor emit, tamen ueritas poterat probari in contrarium uere, vel per coecluras, inter quas erat illa: quod possessio fuit tradita tibi, & non sibi. ut in versi. [quod si tu quidem emisisti.]. In text. ibi: [in quantum tu pauperior, & illa locupletior.]. hoc procedit secundum gl. ij. quando maritus ministravit pecuniam ipsi uxori, ut traderet ueditori. nam si tradidisset partem, & aliam partem perdidisset, non repeteret nisi partem solutam: quia non in plus est effecta locupletior. & praesupponit quod ministravit hic animo donandi, quod quoniam sit dicitur ut no. per gl. in l. si filij tui. §. de do. inter virum & uxorem. sed si maritus ea soluisset ueditori: & sic liberasset eam ab eo, in totum repeteret, quia in totum censetur facta locupletior. ut in l. quam gl. allegat. Idem si non animo donandi si hoc potest probari: vel si cessat praesumptio donationis. ¶ In text. ibi: [coparasti nomine ipsius.]. actum coparandi exercuisti: non tamen coparasti, quia non dixisti: emote nomine uxoris: sed dixisti uendis uxori meae absenti. Sed nunc opponitur fortiter pro declaratione gl. quae incipit: [line mandato.]. iste contractus cum perficitur solo consensu, potest perfici per nuntium, vel epistolam. ut in l. ij. in fi. ff. de contrah. emp. Aut ergo iste maritus concepit uerba tanquam nuntius, dicendo uendis uxori meae. & tunc debet acquiri actio uxori, scilicet directa: Aut concepit uerba in personam suam, dicendo uendis mihi recte pient nomine uxoris: & tunc actio directa debet acquiri sibi: quam postea tenebitur cedere uxori. l. possessio quoque. §. & si possessio. ff. de acquiren. posses. Text. autem iste dicit quod neutri ipsorum acquiritur, quod non uidetur posse stare, propter hoc gloss. quae communiter tenetur. intelligit quando uerba concepit ut nuntius, quia si ut procurator, fateretur contrarium, nec obstat contrarium, quia procederet si habuisset mandatum ab uxore de contrahendo ut nuntius: sed hic nullum habuit mandatum de hoc: vel si habuit, non habuit ut nuntius: sed ut procurator, ipse autem egrediens formam mandati non emit ut procurator, sed ut nuntius. & si dicatur licet non habuit mandatum, uxor potuit ratificare. & hoc tantum debet ualere quantum si mandatum habuisset, ut in l. si. ad macedo. posito etiam quod requireretur speciale mandatum, nam etiam tunc locum habet ratificatio. ut in l. quod si de speciali. ff. de mino. Respondetur uerum esse quod factum fuit procuratoris, qui tanquam procurator contraxit, concipiendo uerba in tua persona, cum tamen mandatum non haberet, potest ratificari: quia ratificatio reperit substantiam super qua fundatur: uidelicet consensum procuratoris, ex quo contractus perficitur. sed factum falsi nuntij non potest ratificari, quia non reperit substantiam neque consensum ratificantis, qui non dedit ad hoc mandatum. & ex quo consensu contractus ueniebat perficiendus. & haec est communis sententia. licet iacob. de Aret. non confiderans praedicta, nec uidentem rationem quare non posset ratificari, intellexerit istum text. nec in nuntio, nec in procuratore, sed in proxeneta, qui non habet mandatum concludendi, sed tractandi. tamen Docto. tenent gloss. quae postea in glo. se uolens seipsam declarare, ponit differentiam inter nuntium, & procuratorem. qui se habent ut genus & species, quia omnis nuntius est procurator cum habeat mandatum: sed non omnis procurator est nuntius: & dicit ea quae dixi prosequere ut in gl. Dicit etiam quod si nuntius egreditur formam mandati, quia non contrahit ut nuntius, sed ut procurator, concipiendo uerba in suam personam: contractus non est nullus: sed acquiritur obligatio sibi, quia

¶ Procurator. Ad de Spec. ti. de procu. in §. ut in aut. versic. & not. q. larg. Card. zaba. in c. in secundo not. de obl. ad ratio & in c. cum dilectis in j. no. de procu.

Pauli de Castro Prima super Codice.

- a **¶** Per procurat. Ad de q. de iura. q. sunt dux opi. vide p. Bar. in l. gallus. in §. forsi tan. ff. de h. & posth. Bald. in auth. nisi rogati. C. ad treb. in l. si quis alumnus. C. de nup. & in l. post mortem. in ff. de adopt. Io. an. in regula si q. de regu. iur. lib. vj. in mer. Abb. & doctores. in c. veniens. de cogn. spi. Ant. de bu. in c. per venerabile. qui filij sint legi. Fed. de senis cōsi. xv. inci. quæstio talis est. syn. dicitur eiusdem vniuersitatis.
- b **¶** Subscribens. Adde gl. in c. si q. præsbytero. de rebus eccl. nō alie. l. distrahente. hoc tit. l. si qua per calumnia. C. de epis. & ele. Bar. in l. quæ doctis. ff. solu. ma. Barb. consi. lxxxv. incip. l. iud. referā in medium. in v. col. in ij. vo. & an. subscrip. vnius faciat tantā fide ac si ille totā scripturā scripsisset. Vide per Lud. rom. in l. admonendi. in xix. col. ff. de iureiur. Bal. in l. cum antiquitas. C. de testam. Bald. in prin. ff. in vlt. col.
- c **¶** Vel sigillans. An si gillum apposuit scripturæ facit illā auth. vide Io. an. in c. ij. de fo. compet. lib. vj. in nouella. doct. in ele. statuti. de ele. card. zab. in c. scripta. in i. col. de si. infra. & in c. peruenit. in v. no. de fideiul.

subest cōsensu suus: ex quo cōtractus perficitur. sed eodē modo si procurator egreditur formā mandati, & non cōtrahit vt procurator, sed vt nuntius, nō valet cōtractus: quia deficit substantia cōsensu. l. absentis per hanc legem. Ex quibus omnibus collige plura notabilia. quæ per se patent. & dicit Doct. quod iste tex. nō est alibi. & inducit Cy. ad q. de qua in c. accedens. extra. de præben.

¶ Si in mandato procuratoris dicatur talis constituit talē procuratorem, & nuntium speciale: an poterit procurator concipere verba cōtractus prout vult, vel in personam suam: tanquā procurator talis. vel in personam domini: tanquā nuntius?

Episcopus volens conferre beneficium alicui absenti, si dicit inuestio talem absentem per te cōsanguineum suū: & sic dirigat verba in istum tanquā nuntium, si non habet ad hoc mandatum: licet absens postea ratificet, non acquiritur sibi ius in beneficio.

Quid si diriget verba in ipsum, tanquā procuratorem: vel nego. gesto?

Quid in matrimonio, an possit cōtrahi per procuratorem habentem speciale mandatum?

Maritus non potest acquirere uxori actionem: nisi quando recipit emphyteusum pro se & uxore.

Quod potui nolui: quod nolui adimplere nequini.

An ex contractu inutili transferatur dominium?

Facilius acquiritur alteri per alterum dominium, quā obligatio personalis.

LEX VII.

¶ Vm per eos. Ex contractu eius qui potestati meæ subiectus est factio nomine meo acquiritur mihi actio: quam possum per me, vel per alium intentare. sed si nō est meo iuri subiectus, acquiritur sibi. quā ille vel alter cui cesserit, intentare potest. hoc dicit. alias leges videte per vos. Item circa l. multū. no. ¶ quod illa quæ sunt dicta circa vltimum casum non videntur habere locum: attenta forma qua vtuntur notarij timore huius. l. quia dicunt talis constituit talem procuratorem, & nuntium speciale: & sic potest concipere verba prout vult. vel in personam suam, tanquā procurator: vel in personam domini, tanquā nuntius. cuius contrariū habetur hic in tex. & gl. Bar. autē in l. qui autē. §. si. ff. de consti. pecu. dicit quod illa verba & nuntium speciale. nil operantur. nisi in his quæ specialiter fuerint commissa: quia nō potest esse nuntius nisi in illis: cum semper requiratur speciale mandatum in nuntio. Bal. hic tenet contrariū, & melius. quia in his quæ cadunt in generali mandato tantū operatur generalitas respectu cōmunium, quantū specialitas respectu quorūdam: vt in l. si duo. de admin. tuto. ff. Si ergo in generali mandato venit quod possit emere, vel vendere: vt quia fuit constitutus cum libera administratione: tunc videtur specialiter commissum quod emat, vel vendat: quia quodlibet particulare comprehenditur in specialitate censetur specialiter expressum. ergo tanquā in expresse commissio poterit loqui vt nuntius. In his autem quæ non cadunt sub generalitate: vt sunt illi casus in quibus requiritur speciale mandatum, fateor dictum Barto. procedere. ¶ Item inducuntur prædicta. si Episcopus volens conferre beneficium cuidam absenti, inuestiat quendam suum cōsanguineum pro illo: si dirigat verba in absentem, puta inuestio talem absentem per te cōsanguineum suum: & sic dirigat verba in istum tanquā nuntium: si non habet ad hoc mandatum: licet absens postea ratificet, non acquiritur sibi ius in beneficio: quia factum falsi nuntij non ratificatur. secus si diriget verba in ipsum tanquā procuratorem, vel nego. gesto. rem. puta te inuestio presentem & recipientem nomine illius: sic videretur intelligi notabili in c. accedens. de præben. ¶ Item in matrimonio. licet Canonistæ teneant quod possit contrahi per procuratorem habentem speciale mandatum: vt in c. fina. de procura. li. vj. glo. tamen iuris ciuili dubitat. & videtur sententia contrariū in l. sufficit. ff. de spon. & videtur hæc opinio verior de rigore iuris: quoniam actus qui celebratur per procuratorem, perficitur ex consensu ipsius procuratoris. quia cōcipit verba in suam personam: sed ille qui celebratur per nuntium, non perficitur ex consensu nuntij: sed ex consensu mittentis. quia cōcipit verba in personam illius. dicens, quia talis qui mittit me ad te, emit talem rem me eius nuntio mediante: & verba eius in portante. tanquā pica, vel organum. sed matrimonium nō potest perfici nisi ex consensu ipsorum iugalium. ergo si cōstituitur procurator ad contrahendum matrimonium, nō poterit cōcipere verba in suam personam. dicendo, cōtraho tecum matrimonium nomine talis: quia sic perficeret ex consensu. sed debet concipere in personam mittentis: dicendo talis contrahit matrimonium tecum me mediante. & sic loquitur vt nuntius, non vt procurator. ergo non per procuratorem sed per nuntium est contrahendum inter absentes. nisi dicatur quod fauore matrimonij procurator specialiter constituitur ad matrimonium contrahendum, censetur constitutus meliori modo quod potest constitui. & sic nuntius potius quā procurator. quia verba nō repugnant. cum omnis nuntius sit procurator: vt hic dicit in gl. & sic posito quod in procuratorio nō dicatur vt nuntius speciale, nihilominus poterit concipere verba in personā absentem, tanquā nuntius. & nō habebit locū quod hic dicit. sed si ille qui cōtrahit nō sit absentis, nō habet mādātū: puta pater sub cōsuetudine cōtrahat matrimonium nomine filij, cōcipiēdo verba in personā illius: puta filius me mediante contrahit matrimonium tecum me valens: nec reconualescit per ratihabitionem secundum Pet. vt fert hic Cy. licet dominus Inn. videatur tenere cōtrariū forte de aequitate magis, quam de rigore fauore matrimonij. ¶ Postea no. virum non posse acquirere mulieri actionem. dicit Alber. fallere cum recipit emphyteusum pro se & uxore. vt in auth. de alie. & emphy. §. emphyteusum. Item no. verba illa ad quæ allegantur. quod potui nolui quod volui adimplere nequini. in quibus in c. cum super de offic. deleg. ¶ Item quod ex contractu inutili transferatur dominium. quod est verum. nisi sit expressum per legem reprobatus. vt in l. non dubium. supra de legibus. de ex eo, vel ob id de pos. autem clarum est cum consistat in facto quod transferatur. vt in l. j. §. si vir. ff. de acqui. pos. Item quod si alius acquiritur alteri per alterum dominium, quā obligatio personalis. ratio tangitur in gl. si.

De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca. Rubrica.

- 1 **¶** Subscribens, vel sigillans aliquam scripturam, censetur consentire contrahi in ea si sciebat contenta.

LEX I.

¶ Præsidi. Omnes leges huius tituli. vique ad l. si. exclusiue tractant de prima parte rubr. & volunthoc in effectu. Quod si venditor alienas aliquo titulo habili ad transferendum dominium rem alterius tuo nomine sine voluntate illius, non transferat dominium: nisi vendas iure creditoris. vel ratione alicuius officij publici, ex quo habeas potestatem transferendi: & quod dominus re extante & non præscripta non potest à te petere pretium. quod non succedit loco rei. sed debet vendicare rem à te sefore: & potest. nisi tibi successerit hæreditario iure: quia tunc teneatur de euictione, ex persona tua repelleretur per exceptionem quem de euictione tenet actio & c. l. vendicantem. ff. de euic. Re autem perempta vel præscripta potest in subsidium à te repetere pretium: ne remaneat in damno. nec videtur consentire licet sigillauerit instrumentum venditionis, si ignorabat contenta in eo. hoc dicunt in effectu istæ. l. quæ omnia examina vt gl. nē no. in l. mater. & l. cum à matre. §. de rei ven. & in Spec. de lud. quod dixi de sigillo in l. ij. idem habetur in suscriptione. supra plus valere quod agitur. l. si. Ex ¶ quibus à contrario sensu colligitur quod subscribens, vel sigillans, aliquam scripturam, censetur consentire contentis in ea: si sciebat contenta. de hoc tamen dicit vt in l. Casus. ff. de pigno. actio.

- 2 **¶** Verbum alienatio. quid comprehendat?
- 3 Si per statum prohibetur res alienari in forensem, censetur prohibita etiam usufructus, & an etiam pignoratitio rei?
- Quid in prohibitione alienationis facta à testatore ne hæres possit alienare aliquam rem in aliquem de confortibus?
- 4 Prohibitus alienare, an possit locare ad longam tempus?